



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes, De Vita Et Passione D. N. Iesv Christi

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agr., 1599

VD16 ZV 2606

XV. De petitione matris filiorum Zebedæi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59846](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59846)

DE PETITIO-
NE MATRIS FILIO-
RVM ZEBEDAEL.

MEDITATIO XV.
EVANGELIVM.

ASCENDENS IESVS Hiero-
solyam, assumpsit duode- *Mar 10.*
cim discipulos secreto, & di- *Matt. 202.*
xit illis. Ecce ascendimus Hieroso- *Luc. 18.*
lymam, & consummabuntur omnia
quæ scripta sunt per Prophetas de fi-
lio hominis. Tradetur enim Princi-
pibus Sacerdotum, & Scribis & Se-
nioribus, & condemnabunt eum
morte, & tradent eum gentibus ad
illudendum, & flagellandum, &
crucifigendum, & tertia die resur-
get. Et ipsi nihil horum intellexe-
runt. Tunc accessit ad eum Mater
filiorum Zebedæi cum filijs suis
adorans & petens aliquid ab eo.
Qui dixit ei, Quid vis? Ait illi. Dic

S. 6. VC

vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad
dexteram tuam, & vnus ad sinistram
in regno tuo. Respondens autem
Iesus dixit eis. Nescitis quid peti-
tis. Potestis bibere calicem, quem
ego bibiturus sum? At illi dixerunt
ei. Possumus. Iesus autem ait eis.
Calicem quidem meum bibetis, se-
dere autem ad dexteram meam vel
ad sinistram, non est meum dare vo-
bis, sed quibus paratum est à patre
meo. Et audientes decem, indignati
sunt de duobus fratribus Iacobo &
Iohanne. Iesus autem vocauit eos ad
se, & ait illis. Scitis quia hi qui vi-
dentur principari gentibus, domi-
nantur eis, & qui maiores sunt eo-
rum, potestatem exercent in eos?
Non ita autem erit inter vos, sed qui-
cunque voluerit inter vos fieri ma-
ior, erit vester minister, & quicum-
que voluerit in vobis primus esse, e-
rit omnium seruus. Nam & filius ho-
minis non venit vt ministraretur,
sed vt ministraret, & daret animam
suam redemptionem pro multis.

FIGV:

1. **A** DONIAS ad obtinendam 3. Reg. 2.
à Rege Salomone gratiam,
vsus est opera sua nouerca, qua ingressa
ad Regem dixit, Petitionem vnā
paruulā ego deprecor à te, ne
confundas faciem meam. cui cum
respondisset rex, vt peteret; illaq; desi-
derium Adoniae exposuisset, rex iratus,
minatus est Adoniae mortem, eo quod e-
ius petitio vergeret in prauidicium sui
regni.

2. **IOSEPH** Patriarcha quia vehe- Gen. 44.
menter amabat fratrem suum Bena-
min, & ideo cum detinere apud se opta-
bat, curauit in saccum eius reponi scy-
phum, ex quo ipse bibere consueuerat,
ob quod inditium multa perpeffus est.

PROPHETIAE.

1. **Q**UANTO magnus es, humilia te in o- Eccle. 3.
mnibus, & coram Deo inuenies gra-
tiam.

2. **Q**ui humiliatus fuerit, erit in gloria. Iob. 22.

CONSIDERATIONES.

Punct. 1.

ASCENDENS IESVS Hiero-
solyman, seorsim assumpsit duo-
decim discipulos, vt secretò eos allo-
queretur. Quod queso Domine mi, hoc
secretum est tanti momenti, quod non
ab omnibus, sed à quibusdã tantum in-
timis amicis tuis vis audiri: Estne subli-
me & diuinum aliquod mysterium, &
arcanum tui æterni Patris: Ecce, inquit
Iesus, ascendimus Hierosolyman, vbi
filius hominis tradetur Principibus Sa-
cerdotum, & condemnabunt eum mor-
te, tradentq; gentibus ad illudendum,
& flagellandum, & crucifigendum, &
tertia die resurget. Hoc est mysterium,
& secretum, quod ante aduentum Chri-
sti fuit ignotum, nec ab vilo homine
auditum, nempe, quod ad ascende-
dum in altum, opus sit primo humi-
liari & contemni; ad acquirendam
quietem & pacem, nomine Hierusa-
lem significatam, opus esse prius tradi
in manus inimicorum crudelium; ac
deniq; si quis velit peruenire ad resur-
rectionem & vitam, eum prius debere
degustare amaritudinem mortis. Se-
cretum verè occultum & profundum,
nam principio homines solo lumine
dato

naturali ducti existimarunt, ad obtinendam pacem & beatitudinem, conueniens esse, studium dignitatum & honorum: qua opinione licet falsa, decepti à demone primi parentes nostri, aspirarunt ad similitudinem Dei, pluraque *Gene. 3.* scire optarunt quam illis congruebat. Atque hic fere, quamdiu mundus existit, vsque ad aduentum filij Dei in terram, hominum error fuit, ita altè mentibus humanis infixus, vt ipsi CHRISTI discipuli, post tot annorum cum eo conuersationem, & doctrinam preceptam, teste Euangelista, nihil ex breui sermone quem ex industria de sua passione CHRISTVS *Esai. 55.* ad eos habuit, intellexerint. O quam differentes sunt, Domine mi, viæ tuæ à vijs nostris, quia res illæ, quas homines non capiunt, immò fugiunt & detestantur, tanquam causas miseriæ & infelicitatis, apud te sunt pretiosæ & desiderabiles, veraque media, quibus ad veram gloriam & beatitudinem peruenitur. Volens ergo CHRISTVS discipulos suos ab hoc errore liberare, & veritatis capaces reddere, quod eis multa prius in hac vita perferenda essent, quam peruenturi essent ad gloriam & coronam:

vocat

vocat eos seorsim, & secreto exponit, se Magistram & Dominum ipsorum Hierosolymis multa passurum, etiam mortem ipsam, & postea ad vitam reuocandum. ut nempe intelligerent, esse socium suae passionis, esse donum quoddam singulare, quod non nisi caris suis amicis & fratribus communicare vellet. Nam qui digni fuerint, ut sint socij passionis, socij quoque eius erunt in gloria resurrectionis, sicut in caena ipse diserte ijs dixit. *Fos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis.* Et mox subiecit praemium, dicens. *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mesam meam in regno meo.* Quod bene intellexit ille Propheta, qui tam ardeenter petebat a Domino igne tribulationis probari, dicens. *Proba me Domine, & tenta me, ut renes meos & cornu meum.* Unde S. Iacobus, beatos vocat qui tentationibus a Deo probantur. Quod intellexit quoque Apostolus cum scripsit. *Sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit.* Nam, ut subiungit S. Iacobus, quando homo per tentationem probatus fuerit, accipiet coronam vitae.

vita. Quare & DEVS. diligentibus se,
 immittere solet tribulationes, ad eos
 magis remunerandos, secundum illud
 B. Ioannis. *Ego quas amo, arguo & castigo.* *Apoc. 3.*
 Patriarcha Ioseph. valde amabat fra- *Gene. 44.*
 trem suum Benjamin, & vt eum secum
 retineret, afflixit eum, imputando illi
 furtum, immisso in saccum. eius scy-
 pho. ex quo bibebat. Similiter Christus
 quia amabat caros suos discipulos Ia-
 cobum & Ioannem, eosq; volebat me-
 sa sua secum assidere in caelo, ideo, co-
 dum ascenderet Hierosolymam, indi-
 cavit eis, si vellent ad caelestem Hieru-
 salem aliquando peruenire, necessariū
 esse, vt secum eundē passionis calicem
 biberent.

2. OPINIO erat inter discipulos,
 CHRISTVM post resurrectionem
 suam temporaliter regnaturū in vrbe
 Hierosolymorum, eo quod paulò ante
 dixisset, quando filius hominis sederet
 in sede Maiestatis suae, discipulos quoq;
 sessuros in duodecim sedibus iudican-
 tes duodecim tribus Israhel. Nam Iu-
 daei putabant Christum suo aduentu
 restitutum regnum, quod erat in po-
 testate Romanorū, vti declararunt duo
 illi cuntes in Emaus, & dicentes. *Nos Luc. 24.*
autem sperabamus, quia ipse esset redemptu-

rus Israel. Cum ergo hi duo discipuli
 audissent à CHRISTO, eum post
 triduum resuscitandum, suspicaren-
 turque tunc initium fore regni CHRIS-
 STI, confisi singulari benevolentia,
 quam erga eos semper demonstrat,
 petitionem proponunt ambitionis &
 amoris proprii plenam, ut velit illis in
 regno suo addicere principem locum,
 sic ut alter dextram alter sinistram e-
 ius teneat. O quam longe aberant,
 benedicte I E S V, cogitationes tuas,
 ab horum discipulorum cogitationibus
 tuæ enim plenæ erant humilitatis,
 caritatis, & desiderij inflammati ad pa-
 tiendum pro nobis: horum verò di-
 scipulorum plenæ erant animi elati, &
 suorum commodorum cupidi. Quod
 si tanta cæcitas existeret in illis, qui om-
 nibus relictis, tibi adhaeserant, quæ
 cæcitas, quæ tenebræ erunt hominis
 carnalis, qui longè à te recedit, & cor-
 de totus terræ affixus, non aliud videt,
 non cogitat, non desiderat, nisi bona
 terrena & temporalia, cælestiumque
 & æternorum omnino obliuiscitur,
 atque si nulla essent? Quia tamen bo-
 ni hi discipuli non nihil verebantur
 petitionem suam non habituram lo-
 cum, proponunt eam per matrem, ut
 iuncta

iuncta precibus visceribus maternis apud Dominum esset efficacior: ac forte cogitabant, sicut Salomon opera matris obtinuit, ut sederet in throno regio patris sui, sic se quoque per matrem à CHRISTO hanc gratiam exoratos, sed opinio eos sefellit: nam mater Salomonis non fecit petitionem rogatu filii, sed prophetae Dei, & ideo negotium illud, utpotè à Spiritu sancto directum, bonum habuit exitum. Hi verò potius spiritu carnis moti matrem incitârunt ad instituendam petitionem, quare neque mirum est eos sua spe excidisse. Verùm cur benedictio DOMINE tam duro responso discipulos excipis, postulantes esse tui regni participes? Quid si dignitatem aliquam, extra te, tuumque regnum petiissent, quid diceres? Et si de caelo venisti ad quærendas dispersas oves Israel, tibi que adiungendas, cur hæc oves, dum petunt vicinæ esse pastoris suo, patiuntur repulsam? certe id non est colligere in vnum oves, sed dissipare. At ex alia parte meritorum hi discipuli à Domino reprehensi, Primò, quia tempore minime idoneo petitionem suam proposuerunt, nam dum CHRISTVS eorum Dux &

Im.

Imperator cum illis serio agit de suis afflictionibus, illuſionibus, flagellis, cruce ſuſtinenda: hi noui milites, vbi locus poſtulabat, vt operam ſuam induſtriamque offerrent, ad eodem labores & dolores cum Chriſto tolerandos, cogitant de aucupandis honoribus & voluptatibus ſectandis. Secundò, quia poſtulabant frui honore & gloria huius mundi, cogitantes **CHRISTVM** regno aliquo temporali potiturum. Tertio, quia ad hanc rem perendam non ſpiritu bono, ſed cupiditate carnali & ambitioſa, vt omnibus alijs anteponerentur, impulſi erant. Vbi conſidera, ſi cupiditas temporaliter regnandi, & appetitio honorum huius ſæculi in eis reprehenſa eſt, qui manebant in Societate Chriſti, quanto magis reprehendi debeat, in ijs qui Chriſtum abiecerunt, hoc eſt, qui per vias & artes illicitas obrepunt ad honores huius mundi? De his enim Deus loquens per Prophetam, dicebat: *Ipsi regnauerunt, non ex me. Principes extiterunt, & non cognoui.* O quot hodie inueniuntur inter Chriſtianos, etiam religioſi, qui arbitrantur ſua deſideria ne minimo quidem puncto diſcedere à Chriſto, ſuoque regno, imò ſua diuina voluntati.

Oſee 8.

tati, esse prorsus consentanea: eo quod
 pretextu maioris Dei gloria, conserva-
 tionisque suae Ecclesiae, vel certè utili-
 tatis & auxiliij proximorum expetant
 honores & ampliores dignitates. Qui
 si rectè rimarentur cordis suis penetra-
 lia, conscientiamque & intentionem
 suam excuterent, fortasse deprehende-
 rent & se hac reprehensione Aposto-
 lica dignos. Antequam Saluator mo-
 reretur in cruce, gloriabantur homi-
 nes de purpuris, sceptris, coronis, & a-
 lijs mundi ornamentis, sed à morte
CHRISTI, cui purpura fuit data in
 contemptum, corona in tormentum,
 sceptrum in ludibrium, non alio fere
 modo licitum est Christianis aspirare
 ad dignitates, nisi quatenus in illis in-
 uenitur, quod inuenit **CHRISTVS**,
 hoc est, opprobria, illusiones, pœnæ,
 laborare supra omnes, pati plus quam
 omnes, esse seruos & mancipia om-
 nium.

3. **CONSIDERA**, quomodo Do-
 minus misertus cæcitatibus suorum di-
 scipulorum, volens eos liberare à fu-
 mo & tenebris ambitionis, quibus ocu-
 li mentis eorum erant offuscati, dix-
 rit. *Nescitis quid petatis.* O immensam
 benignissimi **IESV** mansuetudinem,
 quod

quod cum petitio eorum esset ambitionis plena, non argueret eos quasi carnales, honoribus terrenis inhiantes, sed nec accuset de ambitione, vel quod prætextu suæ familiaritatis venarentur fauorem & commodatemporalia, more hominum secularium, sed potius dextrè & benignè illis indicat errorem, & nomine ignorantie obuelat lapsum, dicens, nescire eos quid petant. Ac verè Domine mi nesciebant, quia petebant à te participes esse regni temporalis, cum tamò regnum tuum totum fuerit spirituale. unde & dixisti ad Pilatum. *Regnum meum non est de hoc mundo.* Deinde nesciebant, quia si ambitiosus, quando occupatur honores & dignitates, sciret quid peteret, nunquam esset peturus, ille enim tantum considerat speciem & pompam externam, quæ mundi dignitates plausibiles & optabiles reddunt in oculis hominum, at non videt, nec perpendit, quot curæ, dolores, amaritudines, & pericula sub ijs delitescant. Unde ambitiosus, simulatque consecutus est, quod optauit, existimans se magnum fecisse questum, mox experitur, non esse nisi vanitatem, & afflictionem spiritus.

Joan. 18.

Ecl. 1.

Abi.

Abimelec per cognatos matris suæ *Iud. 9.*
 procuravit se eligi in Principem sui
 populi, confidens omnia prosperè
 successura, sed postquam voto suo po-
 titus est, in magna afflictione vixit, &
 cum dedecore mortuus est, nam ma-
 nu vnius vilis mulierculæ caput illi
 comminutum est. Absalon filius Da- *2. Reg. 18.*
 uid qui tanta ambitione peruenit ad
 regnum, in summo dignitatis suæ flo-
 re, fuga post dissipatum suum exerci-
 tum dilapsus, tandem à capillis suspen-
 sus hæsit in arbore. Similiter hi di-
 scipuli nesciebant quid peterent, qua-
 rendo honores & dignitates, & non
 meminerant honore excæcari homi-
 nem, atque à recta via deduci, vti legi-
 tur de rege Saule, quo antequam assu-
 meretur ad regnum, *Non erat,* inquit *1. Reg. 9.*
scriptura, vir de filijs Israhel melior illo.
 & alibi dicit, fuisse quasi filium vnius
 anni cum regnare cepisset. Euectus
 verò ad regnum Deo rebellavit, à quo
 & reprobatus est, exutus vita & re-
 gno. Quare merito benedictus I E-
 S V S, humilitatis omnis Magister
 reprehendit hos suos discipulos quod
 à se in hoc mundo postularent hono-
 res; hæc enim postulatio ex aduerso
 pugnabat omnino cum sua doctrina,
 & tot

& tot humilitatis exemplis per omnem vitam datis; imò cum eorum salute, ac proinde verissimè dixit, eos nescire, quid peterent. Ac certè quicquid homo extra Deum quærit & desiderat, non est aliud, quam nescire quid desideretur, vel quid quæratur, deservit enim fonte claro & limido, accedit ad riuulos aquæ turbidæ; relicta rebus æternis, quærit res fluxas & caducas, neglecta veritate, amplectitur vanitas. Itaque anima mea, hoc vnum tantum sit desiderium, amandi & colendi **DEVM**, ei que adhærendi, ac sanctum eius voluntatem præstandi. Hoc inpeto omnia quære, hoc vnum postula, quia hoc ipsum est verè regnare cum **CHRISTO**, magnoq; loco apud ipsum esse, non in hoc regno terreno & temporali, vt petebat mater filiorum Zebedæ, sed in illo cælesti & æterno vbi omnes sunt reges, omnes sedent ad dextram, omnes sunt benedicti à Domino. Vbi nemo invidet gloriæ alterius, sed quæque tantum de aliena ac de sua gloria exultat. O regnum excelsum, o gloriosum. beati qui in te regnant & regnabunt, vbi **DEVS** erit omnia in omnibus, & in eo solo omnes omnia possidebunt.

4. CONSIDERA, quomodo benedictus IESVS eadem benignitate, qua ambitionem horum discipulorum reprehendit, eosdem instruat, & patefacto ipsorum errore simul viam demonstrat, qua obtinere possint id quod petebant eoq; multo maiora. Illi enim petebant regnum terrenum, Christus vero illis etiam iter ostendit ad regnū caeleste, dicens. *Potestisne bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* quasi diceret. Paulo ante audistis, me locutum esse de mea passione, qua ratione ego sim tradendus, flagellandus, illudendus & occidendus, ac deinde cum corpore glorioso ad vitam reuocandus: iam si huius meae gloriae consortes esse velitis, necesse est vt eandem mecum viam ineatis: nam ad magnum praemium perueniri nequit, nisi per magnos labores, nec potest exaltari, qui primo non fuerit humiliatus: nec conueniens est, vt postulet sessionem & quietem, qui prius nullum suscepit laborem. Magno siquidem vituperio dignus esset miles, qui vellet particeps esse praedae & triumpho, & tamen nec animum haberet, nec voluntatem cum hoste manum conferendi. Igitur, *potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum.*

T

sum.

sum. Vbi vide quanta prudentia Dominus, ne discipulos suos adhuc infirmos & carnales obtereret, non dixit. Potestis vos profundere sanguinem & vitam vestram? sed dixit. *Potestis bibere calicem* comparans passionem potui, potui uti re pretioso, quem bene cognouit Dominus Propheta, quando dixit, *Calicem lutaris accipiam, & nomen Domini in calice bibo.* Ac paulo post exposuit, qualis fuerit iste calix, dicens. *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.* Praeceperat Dominus, ut eos alliceret ad bibendum hunc calicem, ut communionem laborum suorum cum laboribus Christi promptiores redderentur ad eum amplectendos, subiunxit. *quem ego bibo et sum.* O dulcissime I E S V, quis nunc erit, qui audeat se subducere, & nos os suum applicare, ubi tuum applicaueris. Et quis miles tam angustis abiecti animi est, qui nolit vel labores vel discrimina subire, quibus se exponit ipse dux belli & Imperator. Vnde feruus scelerati Saul, cum vidit Dominum suum Regem ruere in gladium suum, ne in hostium manus caderet, ipse quoque tanquam frons in se gladium conuertit, ut cum eo in aeternum quoque moreretur.

Psalms.

1. Reg. vii.

quis erit, qui audeat Societatem in patiendo recusare. CHRISTO, Regi tam magno, Duci tam amabili, Domino tam benigno & liberali, qui omnibus seruis suis, vnà cū ipso in hoc mundo paululum toleraturis, regnum cælorum, vitamque beatissimam impertit? Antequam CHRISTVS asperam & duram crucis & afflictionum viam con fecisset, pro abominabili, maledicta, & execranda ab omnibus hominibus habebatur. vnde in veteri lege scriptum erat. *Maledictus homo qui pendet in ligno.* *Deut. 21.*
 At postquam Saluator mundi in se recepit primos ictus & verbera antiqui aduersarij, mundi, & mortis, spinæ conuersæ sunt in flores, clauī in gemmas preciosas, crux in insigne triumphī; ac via, quæ prius tam asperæ & difficiles apparuerunt, tam faciles & peruiæ factæ sunt, vt non solum ab hominibus robustis, verumetiam ab imbecillis virginibus, & teneris pueris fuerint frequentatæ & decursæ. Vnde & hi ipsi Apostoli, qui ante sui Magistri passionē tā erant timidi, & angusti animi, vt nomē quidem crucis & passionis æquo animo ferrent; post passionē ab eo in cruce p̄ actā facti sunt ita animosi & ardentes, vt loco magnæ gloriæ & honoris

haberent, si quid pro nomine **CHRIST**
STI paterentur, vti scriptum est in
 Actis Apostolicis. *Ibant gaudentes in
 spectu concilij, quoniam digni habiti sunt
 pro nomine IESU contumeliam pati.* Et
 magnus ille Apostolus, vas electio-
 nis licet à Deo tot tamq; præstantibus or-
 nis ornatus esset, tamen de nullo
 rum gloriari voluit, sed tantum de
 firmitatibus suis, & cruce **CHRIST**

2. Cor. 12.

Ac vt prætermittam innumera alia
 empla, legimus de illo ignito martire
IGNATIO, cum Romam à

Epist. 14.

ad Rom.

deuorandus duceretur, tanta mar-
 cupiditate exarsisse, vt in hac
 scripserit. *Vtinam fruar bestijs, que
 sunt preparatæ, quas oro mihi velim
 ad interitum, & ad supplicium, & ad
 comedendum me, ne sicut & aliorum
 rum non audeant corpus attingere. Quod
 venire noluerint, ego vim faciam, vt deum
 Ignoscite mihi filioli; quid mihi pro-
 scio. Nunc incipio **CHRIST** esse
 pulus: nihil de his que videntur de-
 vt **IESVM CHRISTVM** inueni
 erux, bestie, confractio ossium, membra
 diuisio, & totius corporis contritio, &
 tormenta diaboli in me veniant, tamen
CHRISTO fruar. Verum quid
 hunc passionis calicem tam optabilem*

desiderabilem fuisse seruis Christi, cū Dominus appositis semel diuinis suis labris, infuso dulcedinis suæ amore, ab eo omnem depulerit amaritudinem? Et item quid mirum torrentem tribulationum, infirmitatum, tentationum, omniumque tormentorum, quæ cadere possunt in corpus humanum tam suauem & dulcem factum esse hominum gustatui, si primum defluxit per fontem illum dulcissimum, per illam auream venam, per pretiosissimam fodinam cordis amabilissimi Iesu Christi redemptoris nostri?

5. CONSIDERA, quomodo hi discipuli inconsideratè, nulla meritorum suorum, vel legitimorum mediocum ratione habita, petitionem suam proposuerunt, ita nunc quoque ad questionem à Domino positam, possentne bibere calicem, inconsideratè, non expensa carnis suæ imbecillitate, respondere, Possumus. Vbi videre potes, quantum cupiditas honorum hominem excæcet: nam si ipsi, qui metu mortis reformidabant Christum comitari Hierosolymam, nunc rogati, num possint cum Christo pati, spe honoris potiùdi, omni difficultate exclusa, promptè respondent, se posse. O quanta vis est affectuum humanorum

huius mundi, si .n. se offerat aliqua dignitas vel honoris gradus, nullis periculis aut laborib. sinunt se cæci mortales ab illis vsurpandis depelli, imò aspirant ad illa, manibusq; & pedibus procurare conantur, atq; adeo noctu diuq; Principum Prælatorumque portas pulsant, vt si nō dextrā, saltē sinistrā cuius dignitatis cōsequantur. Vide ingentē cordis humani peruersitatē. nec enim vllus homo tam vilis, rudis & ineptus est qui si rogetur, vt rem aliquam conficiat, cuius conscien dæ artē ignoret, non mox respondeat, se non posse id facere, artis se expertem esse. Si autē ille idem rogetur, vt sit Prælatas, Princeps, gubernet populos, cōtinuo respondebit, se nō repugnare, se posse. O cæca ambitio, ô magna vanitas eiusdem vitij, quæ homines præcipitas in extremū exitiū; tu enim facis, vt homines se obstringant ad efficiendā maiora quam sciant & possint, ad tollendā grauiora onera, q̄ humeris sustinere valeāt. vnde cōtingit, vt postq̄ voto suo potiti sunt, neglecta cura & salute pauperulorum subditorū, totos se dedāt cōmodis suis quærendis, pascant semetipsos, ac lana & fructibus ouium suarum duntaxat fruuantur. Quare eiusmodi hominibus

dum pro officio honorifico sustinēdo
 rogati respōdent, *Possumus*, fides habē-
 da nō est: ea. n. ambitiosorū natura est,
 nulla vt res tam ardua sit, quā negent
 se posse, modo consequantur quod vo-
 lunt; nec vllus labor tā magnus, ad quē
 tolerandū nō sese offerāt: sed postquā
 adepti sunt, quod venabantur, non am-
 plius ex corū ore auditur. *Possumus*. Ergo
 amabilis Magister, vt audiuit promptū
 discipulorum animum, respondit, *Cali-
 cem quidem meum bibetis*; Verū quid cau-
 se est, Domine mi, quod sis tam parcus
 in elargiendis bonis, quæ homines à te
 postulant in hac vita? & tam liberalis in
 ijs, quæ, vti natura aduersa, refugiunt?
 Quare ex altera parte, cū tu sis sapien- *Esa. 7.*
 tissimus ille Emmanuel, qui nouit eli- *Matt. 1.*
 gere bonū & malū reprobare, minimē
 dubiū est, id quod tu in omni vita tua
 tam doctrina quā exemplo fugiendum
 docuisti, vt sunt honores, & mūdi digni-
 tates, non esse res amplius optabiles &
 expetibiles, vtpotē quæ vehemēter nos
 retardare possint à salute nostra: at quas
 tu ipse elegisti, & amplexus es, vt sunt
 ludibria, psecutiones, crux ipsa, eas esse
 res verē bonas & expetendas. Vnde & tu
 cōscijs thesaurorū in hoc calice recon-
 ditorū, tam libens & prōptus te ad illū
 biben-

bibendum obtulisti, & in signum ma-
 gnæ beneuolentiæ eum tantum cõmu-
 nicas amicis carioribus: nã qui in hac
 vita nõ fuerint cõsortes tuæ sacræ pas-
 sionis, non habebüt partem tecü in re-
 gno cęlesti. Subiũxit deinde Dominus.
*Sedere aut̃ ad dexteram aut̃ ad sinistram, non
 est meum dare vobis, sed quibus paratum est a
 Patre meo.* Sed quare nũc dicit hic verax
 Magister, *Non est meum dare vobis*: cũ ta-
 men alibi dixerit, *Omnia mihi tradita sunt
 à patre meo*: Et in alio loco de eodem Pa-
 tre dicit, *Quęcunq; ille fecerit, & filius simi-
 liter facit.* Si ergo quicquid facit Pater,
 similiter facit & filius, cur ergo dicit nõ
 esse suum dare illis: nonne ipse dixit di-
 scipulis suis, *Ecce ego dispono vobis, sicut dis-
 ponit mihi Pater meus regnum*. Vbi consi-
 derandum, Christum Dominum nostrum
 pariter fuisse Deum & hominem, eum-
 que tanquam Deum vnã cum Patre &
 S. Spiritu ab æterno disposuisse omnia,
 ordinasseq; dona gratiæ & præmia vn-
 cuiq; tribuenda. Deinde etiam ipsi Chri-
 sto, vt homini, per vnionem quam ha-
 bebat cum diuina persona, Pater æter-
 nus omnẽ potestatem dedit & iudicium,
 quantum ad executionẽ omnium earũ
 rerũ, quæ ab ipso Patre ab æterno erant
 ordinatæ. Quare & nunc Dominus, lo-
 quens

Matt. 11.

Ioan. 5.

Luc. 22.

queus vt homo, sicut & petitio discipulorum de sessione ad dextrā & sinistrā facta est illi tāquam homini, optimè respondit, nō esse suū dare quod peterēt, quasi diceret, se non posse, vt hominē, mutare ordinem Patris sui, & dare cui velit, sed illis tantum, quib; ordinatum sit à Patre, sibiq; commissum vt daret. Vbi vide quam prudenter Christus ex vna parte non voluerit prorsus eorum petitionē repellere, ne animo deiiceretur: ex alia verò, non voluerit quoq; ei facere fatis, & absolutè illis impartiri hanc gratiam, ne alijs discipulis daretur occasio mœroris. Vnde benedictus Iesus, benigni prouidiq; Patris instar, ad alendum inter discipulos fraternam vniōnem & caritatem, ita respondit, vt nullus turbari potuerit, omnesq; sperare possent: quod enim nulli sigillatim promittitur, id omnes sperare possunt se consecuturos.

6. Reliqui discipuli, audita horum duorum petitione, indignati sunt. Ecce vt vnus error ex alio nascitur. Duo illi discipuli carnaliter suā petitionem proposuerant, nunc cæter item carnaliter ijs indignatur & conturbantur. Res. n. odiosa est, velle anteponi & imperare alijs, & maximè apud eos, qui similiter

T 5. aspi-

aspirant & anhelāt ad dignitates, & nō
 solum nō superiores, sed nec æquales
 moderatē ferūt, vellentq; oēs homines
 sibi esse subiectos. Qui inordinati affe-
 ctus, maximē dominātur in aulis & pa-
 latijs Principū, vbi quiuis ad primū lo-
 cū aspirat, vnde postea oriuntur, omnia
 inuidiæ, murmuratiōes, imō inimicitie
 capitalissime. Heu, si hæc maledicta pe-
 ctis aūsa est se insinuare in pauperem
 Christi societate, quid non audebit a-
 pud potētes & sapientes huius mūdi,
 nulla alia in re tēpus fallunt, & ingenia
 fatigant, quā quomodo nūc ad hanc
 nunc ad illam dignitatē peruenire possint.
 Ceterū Saluator, vt simul & am-
 bitiosum duorum fratrum animum, &
 cæterorum indignationē reprimeret,
 vno eodemq; correctionis antidoto v-
 triusq; morbum depulit, quia vna in his
 erat peccati radix, nempe appetitus ho-
 noris & gloriæ. Quod p̄stitit Dominus
 propositio eis discrimine inter mundi
 Principes, & Ecclesiæ Prælatos. Qui e-
 nim dominantur in mūdo, solent cum
 imperio potestatem suam exercere in
 subditos, subijciendo illos spoliando,
 fortunisq; eorum & laboribus in pro-
 prium cōmodum & gloriā abutendo.
 At Prælati Ecclesiæ ad illū gradū euecti
 & suos

& euocati sunt, vt ipsi potius inseruiant subditis, dispensando in eorū vtilitatē bona quę à Christo acceperūt, eorumq; bonum proprio cōmodo anteponēdo, Vide quā contrariā sint vitā mundi, vijs Dei; dignitates mundi, dignitatibus seruorum Dei. Hi enim hoc maiores sunt, quo plus se submittant; eorumq; magnificentia nō consistit in multitudine seruorum, magnorumq; commodorum, sed in magnitudine laborum & afflictionum pro Christo perpeffarum, & quōd vitā etiam pro salute subditorū profunderē sint parati. Vbi vides, non velle Christū his verbis tradere modū & rationē obtinēdi dignitates, hoc est, vt tendant ad eas per viā humilitatis & caritatis, sed tantū docere, quemadmodū debeant eas administrare, si quando eas, nō sua sed aliorū voluntate & imperio suscepissent. Vel forte ad coercendum inordinatū suorū discipulorū affectum, anhelantiū ad primas sedes, voluit eos intelligere, illū fore maiore & primū inter alios, qui omniū esset humilimus, quiq; se contempto omniū se faceret seruum & ministrum. Vt verō verba sua maiore haberent vim & efficaciam, proponit Dominus illis exemplum suū dicens. *Sicut filius hominis non*

venit ministrari, sed ministrare. ac si diceret. Si ergo existēs filius Dei, & ab Angelis adoratus in cælis, vestra causa sum factus homo, veni q̄; nō vt alij mihi ministrarent, sed ipse ministrare hominibus in terra, quare vos homines ambrosiosè quæritis aliorū hominū ministeria, idq; non ad subueniendū humanis vestris necessitatibus, sed vt alijs anteponamini, & videamini alijs digniores & maiores? Tu solus verè mi Domine

Ioan. 10.

fuiisti bonus Pastor, & bonus Prælatas, perfecteq; leges tuas & regulas tuas, pro dignitatib. rectè administrandis conditas, obseruasti. Si. n. loquamur de humilitate, & ministerio alijs delato, quis se

Phil. 2.

plus humiliavit, quàm tu? nam cum esses Deus maiestatis, exinanivisti te forma serui assumpta, & cum esses opifex mundi, non tamen in eo dominari voluisti, sed in extrema paupertate vitam traduxisti, & inter ipsosmet discipulos tuos professus es te corū ministrū esse,

Ioan. 13.

crebro seruiēdo illis, ita vt etiam more feruorū linteo te præcinxeris ad ablūdōs humiliter omniū pedes. Deinde si sermo sit de caritate, totam vitā nulla alia in re impēdisti, quàm in obediēdiis ciuitatib. & villis, docendo, monēdo, visitando, & sanando infirmos, ac demum

Hebr. 1. 9.

sanguinem profundēdo & offerēdo te hōiā

hostiam pacificā in ara crucis pro hu-
 mani generis salute. Sed heu, quo per-
 fectius Dominus noster obseruauit has
 regulas, hoc dolendi maiorem causam
 habemus, quod in mundo tam parum
 sint cognitæ, & minus obseruatæ. Hoc
 enim sine Deo nos condidit, suaque
 imagine dignos reddidit, non vt eum
 imitemur in diuinis operibus patran-
 dis, sed vt suæ voluntati obsequere-
 mur, vt placeret nobis, quod placeret
 ipsi; & displiceret, quod ipsi displicet:
 atque vt homo se excusare non posset,
 quasi deftitutus esset exemplo, quod imi-
 tati posset, Deus ipse se nostra carne
 induit, exemplarque nostrum, in quod
 oculos defigeremus, esse voluit, inui-
 tans nos ad imitandum se, non tantum
 verbis, cum dixit, *Discite à me, quia mitis* *Matt. 23.*
sum & humilis corde, sed multo magis
 viuus suæ humilis conuersationis exē-
 plis. Qui ergo CHRISTI humilitatem
 non imitantur, sed se super alios attol-
 lunt, imaginem CHRISTI non habent.
 Similiter, qui non amplectuntur eius
 paupertatem, sed opibus inhiant, no-
 lunt esse similes CHRISTO. nec enim
 verus discipulus esse potest, qui non imi-
 tatur Magistrum, nec vera dici po-
 test imago, quæ non est similis suo pri-
 mo exemplari.

COLLOQVIUM.

ORA Christum Dominum, ut qua caritate, non omninò repudiavit horum duorum discipulorum preces, imò etiam obtulit eis contrarium eius quod petiuerant, velit quoque semper repudiare tuas preces quæ sanctissime voluntati suæ, & saluti tuæ nõ fuerint conformes, illasq; tantum admittere, quas in hunc finem iudicavit esse congruentes; nec vnquam permittere, ut tuo desiderio & voto satisfiat, nisi ad maiorem Dei gloriam animæque tuæ salutem ita expedire videatur.

DOCUMENTA.

1. **C**HRI^{STVS} Hierosolymam iter habens agit cum discipulis de sua passione. Vnde discimus, scalam qua ascenditur ad celestem Hierosolymam, esse passionem Christi D. N. cuius gradus sunt, excellentes virtutes quæ in ea relucunt, vt, humilitas obedientia, patientia, caritas, honoris contemptus, puritas cum reliquis virtutibus: quam vt scalam ascendimus, operam nauare debemus, nec in ea consistere, dum ad culmen peruenerimus in quo expectat nos Dominus ad complectendum coronandumq; illos, qui vsque ad finem perseuerarint.
2. Si duo hi discipuli consiliu inissent cum **C**HRI^{STO} sicut inierunt cum matre, non tam

Matt. 24.

ambitiosam petitionem proposuissent. Unde docemur, quando de honoribus & dignitatibus suscipiendis agitur, non debere nos consilia inire cum parentibus & cognatis, qui potius cogent nos ad precipitium, sed cum hominibus pijs & religiosis, qui affectuum humanorum expertes, dicant veritatem, & securum consilium suggerant.

3. Dominus etsi ambitiosum discipulorum: animum prope cognosceret, tamen reprehendere, vel asperioribus verbis excipere eos noluit, ne pudeferent: ut intelligerent omnes: qui animarum curam gerunt, ut magna benignitate & prudentia agant cum subditis, eosque suaviter à peccatis absterreant & ad Deum deducant: nam sepius dextra & occulta admonitio plus valet, maximè apud homines intelligentes & capaces, quam manifesta reprehensio, imò hec aliquando plus exasperat, & abalienat.

4. His discipulis primum locum, apud Christum querentibus, respondit Dominus, Nescitis quid petatis, Ac verà ita est, hominem ambitiosum, quando aspirat ad honorum gradus & dignitates, nescire quid agat. Illa enim magno labore & sudore acquiruntur, magna sollicitudine & timore possidentur, ac tandem maximo dolore relinquuntur.

5. CHRISTVS D. N. iisdem discipulis dicens, Possentné eundem bibere: calicem.

calicem, quem ipse bibiturus esset, magnum nobis pudificandi occasionem dedit, dum se offert ad bibendum amarissimum passionis calicem, quem nos nostris peccatis promeruerimus. nos autem, qui peccata ipsa commisimus, ne gustare quidem, sed nec primoribus labris attingere hunc calicem volumus.

Ioan. 13. 6. QUANDO Petrus resitit CHRISTO, noluitque sibi ab eo pedes lauari, non legimus quenquam offensum vel scandalizatum fuisse. Sed nunc cum Iacobus & Iohannes petunt asidere CHRISTO in suo regno, omnes discipuli indignantur & obmurmurant. Unde discimus securius & quivius esse versari in statu humili & abiecto, in quo nullam invidie, nullamque obmurmurationi vel querelae aliorum occasionem damus, quam in sublimi & honorato, quo omnium invidiam, odium & emulationes in nos concitamus, sic ut nunquam in vera pace & tranquillitate, sed in magno metu & angore vivamus.

7. Verum quia necesse est in Ecclesia Dei esse Praelatos & Superiores qui alios gubernent, CHRISTVS Dominus noster, praecelatum documento discipulis dato, tum exemplo suo informat nos, quales debeant esse Ecclesiae praelati, ut videlicet se existiment & gerant se tanquam ministros & seruos suorum subditorum, ad instruendum eos, iuvandum & succurrendum omni officio caritatis.

8. Si Christu, Dominus orbis, in hunc m̄-
 dum veniens, dicit se non venisse vt sibi mi-
 nistretur, vel honor deferatur, sed vt ipse mi-
 nistret alijs, sanguinemque & vitam expo-
 nat pro illis, quantam causam pudefendi ha-
 bent ij Prælati & Pastores, qui officium qui-
 dem CHRISTI sibi vsurpant, non vt va-
 cent procuranda aliorum saluti, sed vt alijs
 dominantur & imperēt, non vt eis distibuāt
 suos redditus, multo minus autem vt vitam
 ponant, cūm opus est, pro ouibus suis, sed vt
 fruantur earum lana, laboribusque ea-
 rum & sudoribus se suosque
 cognatos impin-
 guent.

DE



VITA
 flet, magnum
 dit, dum se
 passioni ca-
 promeruerit
 conamissum
 ribus labris
 CHR-
 lanari, non
 scandaliza-
 us & Tom-
 in suo reg-
 abnuntia-
 uerunt esse
 in quo nul-
 rationi vel
 r. quam in
 tiam,
 tatus, sic
 quillit, ne,
 nus.
 clesia Dei
 guberat
 preclat
 exemplo
 Ecclesie
 gerat
 am sub-
 dum &
 8. 55